



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissime Inquisitionis.

II

Auctio Crucis charactere insignitos; necnon & ceteros catholicos invocabimus contra eos: vs & ex-
lum; & terra aduersus dexterabilem temeritatem ipsorum pariter mouentur; cum non minus expe-
ditat immo magis fidem in locis propè positis, quam procul distantibus defensare. Quia enim ful-
latura volumus in quantum præsumus f. (principiè in supradictis partibus, quas speciali affectione di-
ligimus) vitare discrimina; idcirco scribimus, quod ista palam exponere ac prænuntiare procures,
populos ipsorum partium diligenter admônens, ut debitum habentes respectum ad negotium me-
morarum, nullum prolsus promotioni eius inferant nocumentum, sed potius in exequendo illo tibi
fauorem tribuant, & auxilium opportunum; quia si forsitan contrarium agere intentauerint, nullaten-
tus dimitteremus, quin per reges ipsos, & principes, aliosque fideles dictum promoueamus negotium,
sicut superius est expressum. Ut autem prædicta per te, ac fratres eosdem possint liberius ac utilius
exerceri, tibi ac eis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum
videbitur, omnibus verè penitentibus, & confessis, qui ad tuam & ipsorum fratum prædicationem
propter hoc faciendam accelerint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum
Brixiae v. Calen. Octob. Pontificatus nostri anno neno.

Ita in archetypio, sed possit
mutari, videtur le-
gendum,

I N N O C E N T I V S . I I I L

Præcipit secularibus principibus, & magistratibus, vt banno supponant eos bonis etiam publicatis,
quos Inquisitores, aut hereticos, aut hereticorum complices declarabunt.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris universis mar- Edita anno Do-
chionibus, comitibus, baronibus, ac potestatibus, rectoribus, Consulibus, & Comitupibus mini 1252.
ciuitatum, & aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Tarusanam, & Romanio-
lam constitutis, Salutem, & apostolica m benedictionem.

C V M Fratres Prædicatores generaliter in Lombardia, Marchia Tarusana, & Romaniola con- Ex Directorio
tra hereticos, & omnes sectas eorum quoconque nomine censeantur, ad extirpandam inde tam gra- Sabellano fol.
uis contagij pestem, & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pestilens, duximus f. depu- 338.
tandos: uniuersitatem vestram rogandam, hortandam, duximus attenc, & monenda m, per Apolo-
lica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquisitores cos-
dem, vel per alios de ipsorum mandato pro hereticoz criminis: vel pro defensione, seu receptione,
aut fauore hereticorum, excommunicationis innodati vinculo, vel dententiati excommunicati pub-
licè fuerint, bonis confiscatis ipsorum, banno publico exponatis; alias contra eos temporiter pro-
væxpedire videbitis, iu fulcimentum catholicæ fidei potestate vobis tradita processu: raliquin no-
væritus nos eisdem Inquisitoribus, nostris litteris in iuris, ut vos ad id per censuram ecclesiasticam
appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Idus Maij. Pontificatus nostri anno neno.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris universis marchionis Edita anno Do-
bus, comitibus, baronibus, & potestatibus, rectoribus, Consulibus, & communitatibus ciuitatum, mini 1252.
& aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Tarusanam, & Romaniolam constitutis, Sa-
ludem, & Apostolicam benedictionem.

EX commissi nobis apostolatus tenemur officio super gregem Dominicum vigilare sollicitè ac Ex Directorio
prudenter, ut pestis heretica prauitatis, quæ dum serpent cancer in universali Ecclesiæ, quoniam Sabellano fol.
plures corumpit fidelium, & plurimos mortaliter sauciat, exactæ diligenti studio, ab ipsis eminus- 396.
propellatur: ac tanto propensi intendantur ad tam pestiferi morbi curam per nos & alios, qui sunt
animalia occulta, & lucernæ ardentes super eiusdem candelabrum, & quanto gratior ex contagio ipsius
morbi, & pestilentior animalium sequitur corruptio. Cum igitur fratres ordinis Prædicatorum
& Inquisitores generaliter in partibus Lombardie, Marchie Tarusana, & Romanie duxerimus fit
per huiusmodi negotio deputandos; vt ipsorum prudentia deprehendat huiusmodi pestis conta-
gione infectos: qui siquidem latentes in eisdem partibus demoliuntur quotidie vineam Domini,
tanquam vulpeculae caudas habentes colligatas in unum, & sed diversas ad magis nocendum facies
pertinentes: uniuersitatem vestram rogandam, hortandam duximus, & monendam, per Aposto-
licam vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus ad reverentiam Apostolice sedis, &
reprobationem: eisdem fratribus in iplus prosecutione negotiis, cuius quidecum salutaris effectus, profectus
est catholicæ fidei, ac heretica peruersitatis defectus, requisiuti ab eis, opportunum impendatis auxi-
lium, consilium, & fauorem: & si eis brachij secularis potentia, cum necesse fuerit super hoc fau-
orabiliter assistendo, quod aduersus tales, libertè potestatis ecclesia sibi commissa valeant exercere cen-
suram:

Litteræ Apostolice pro obmo

12 suram: & vestra inde deuotio dignis in Christo possit laudibus commendari: Alioquin sententias, A quas in rebellis, vel etiam negligentes, in hoc iudicem Inquisitores rite duxerint promulgandas, eas tamen habebimus, & faciemus auctore Deo usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, in uolabilitate obseruari. Datum Perusij, v. Idus... Pontificatus nostri anno nono.

I N N O C E N T I V S . I I I I .

Inquisitores compellere possunt quo scilicet seculi magistratus per censuram ecclesiasticam, et iure seruare leges in hereticos latas, non obstante quouis priuilegio cuiuscunque tenoris, ut auctoritas eam

edita anno Do
mini 1253.

SIXTUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori prouinciali, & fratribus ordinib[us] Prædicatorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis, in Lombardia, Romaniola, & Marchia Teruifana, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.

Adures nostras peruenit, quod nonnulli Nobiles, porestes, & alii de Lombardia, Romaniola, Marchia Teruifana, partibus, nolunt statuta nostra & Imperialia contra hereticos edita, in statutis ciuitatum & locorum, quibus praesunt, facere scribi, neque ultra iuxta mandatum nostrum le obseruatores eadem, & facturos pro posse ipsorum, ab huiusmodi ciuitatum & locorum hominibus obseruati, emittantur mandatum nostrum super hoc directum, per extenuacionem indulgentia, se priuilegij valeat impediri; discretioni vestra pet apostolica scripta mandamus, quatenus nobiles, portestes, & alios supradictos, ad executionem præmissorum, iuxta eiusdem mandati nostri tenorem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compellatis. Non obstante aliqua fidei apostolica indulgentia, quibuscunq[ue] personis, sub qualcumque forma verborum concessa etiuscumq[ue] tenoris exigit quod excommunicari non possint, vel eorum terra supponie ecclesiastico interdicto, absque speciali eiusdem Sedis mandato, faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulgentia huiusmodi, & eorum nominibus mentionem. Datum Perusii, 4. nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno decimo.

I N N O C E N T I V S . I I I I .

Inquisitores cautionem pena pecuniaria exigere possunt a complicibus hereticorum redeuntibus de fide tenenda, & non redeundo ad priores vel similes errores.

edita anno Do
mini 1253.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori prouinciali ordinis Prædicatorum, & Inquisitoribus hereticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruifana, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.

Zanch. de ha-
bit. cap. §9.

CVM Venerabilis frater noster Albanensis episcopus auctoritate nostra super extirpatione hereticæ inter alia duxerit statendum, ut Inquisitores hereticorum in prouincia Lombardia, a creditibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hereticorum ad obedientiam eccl[esiæ] redeuntibus, sub pena pecuniaria cautionem exigenter, quod fidem catholicam firmiter teneant, & ulterius fauorem aliquem hereticis non impendant, & nos statutum huiusmodi approbaverimus, ex abundanti, ut firmior uester maneat in hac parte processus, prædicta vobis, & his quos in huiusmodi contigerit ministerio subrogari auctoritate præsentium duximus committenda. Datum Perusii, 4. Kalena Februa. Pontificatus nostri anno decimo.

I N N O C E N T I V S . I I I I .

Archiepiscopi, & episcopi de panis pecuniarijs exactis ab illis, qui data cautione pecuniaria prouidetur mandatis eccl[esiæ], Inquisitoribus prouideant in expensis.

edita anno Do
mini 1253.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardia prouinciam constitutis, præsentes litteras inspecturis, Salutem, & apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.

CVM per nostras vobis mandemus litteras, ut hereticorum credentes, fautores, receptatores, & defensores, qui post præfiram cautionem, quod fidem catholicam firmiter teneant, & ulterius hereticis fauorem aliquem non impendant, in id quod abiurauerant, sunt relapsi: & quos in posterum relabi forte contigerit ad soluendam penam ab ipsis promissam, iuxta ordinationem venerabilis fratris nostri Albanensis episcopi auctoritate apostolica factam, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis: fraternitat[em] vestram per scripta apostolica mandamus, quatenus de his quæ raliter recipere vos continget, dilectis filiis Priori prouinciali ordinis Prædicatorum & Inquisitoribus hereticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruifana, & substituendis eiusdem in expensis prouidere curatis ad Inquisi-